



K. 4. 135.

1) Terminus, Gotofredus

notat 21 - 18)

Goetzius, Josephus



HONORI & FESTIVITATI
NUPTIALI

*SPECTATISSIMI ANTIQUITATE GE-
neris & Virtutum splendore Viri-ju-
venis, Domini*

MARTINIALE-
MANNI

Patricij Magdæburgensis primarij
&c. Sponsi,

Et

Leetissima pudicissimaq; Virginis

DOROTHEÆ,

*Integerrimi & prestantissimi doctrinâ
usug; rerum Viri Dn. BALTHASARI VVIL-
HELMI, Civis Ulcensis filie dile-
ctissima, Sponsa.*

Celebratæ Magdeb. 30. Junij Anno 1617



Magdeb. Typis ANDRÆÆ BEZELI.



AD SPECTATISSIMUM ANTIQUITATE GENE-
ris & virtutum splendore Virum juvenem

Dn.

MARTINUM ALEMANNUM,
Patritium Magdeburgensem, Sponsum &c.
Allusio ad nomen Sponsæ

D O R O T H E Æ.

I.



ŪPON id esse dē, quod jam capis, Ecquis
ab alto

Multis de causis ambigat esse
pōlo?

Namq; ALEMANNĒ, tibi peregrinis illud ab oris
Advehitur, quò sit pars generosa tori,
Quæ pia, quæ multis virtutum fulgida flammis,
Quæ studiosa rei, quæ studiosa DEI.

Majus in orbe potes non ullibi dōgēv apisci
Quam modò quod cordi par sit amore tuo.
Hoc reverenter habe. Se, quod sine sine petisti,
Ostendet factò, dōgēv id esse oēs.

JOSEPHUS GOEZIUS Sch. Magd Rector.

II. Ad

AD DOMINUM SPONSUM.

DOROTHEE Graijs est munus ama-
bile Divûm:
Munus ut est summi Nupta
pudica DEI.

Ergò DEI statuas dono te, Sponse, potiri,
DOROTHEE fato dum tibi Sponsa datur.
Quod si dona DEI sunt, ut sunt, digna favore,
DOROTHEEN, Divûm nobile mung, ames.
Sponsa tibi duros curarum molliat æstus,
Alternasq; pari reddat amore vices;
Tum sobolem pariat, venturis semina seclis
Inq; diem crescens robora sumat amor.
Crescat & ut prolis numerus, superetis uterq;
SPONSA Sibyllinos, Nestoris ipse dies.

NICOLAUS FORMANNUS, P. G. & S. J.
III.

Sponsus alloquitur Sponsam,

O mea Sponsa veni, nam me mora longior urit
Crescit amor nimium, Tu mea Sponsa veni,


O mea

O mea Sponsa veni, fer millia gaudia tecum,
Pectora quæ recreent tristia, Sponsa veni.
Expectata veni, quia tu mihi pax, mihi faxes,
Tu mihi spes, mihi res, tu mihi vera quies.
Tu mihi solamen cordis, Tu plausus amænus,
In te stat nostrum semper amoris opus.
DOROTHEE munus JHOVÆ VVilhelmina, pulcro
Pulcrior Eoi sidere luciferi.
Quid tardas? cur non sanas mea languida membra?
Namq; malum nostrum sola juvare potes,
Incipis, auxilijs quibus hos placabo dolores?
Certe alijs nullis, quam venias, venias.
Sed venit, Ecce venit; mecum gaudete sodales,
Læticia omnis adest, meror & omnis abest.

Sponsa Sponsum.
EN venio, venio, SALVE, cape gaudia, Sponse
Sponsam presentem, suscipias, foveas,
Accelerare calor, jussit, mea cura, meum cor,
Accelerare etiam, jussit & alma Venus.
Accelerare tui jussit me splendida forma
Vultus: quæ summi sunt bona dona Dei.
En adsum, pie Sponse igitur, me suscipe totam,
Atq; triumphales mox modulare sonos.
Quod superest, semper concordi vivite corde,
Vivito Sponse diu, vivito Sponsa diu.

PETRUS RENNERUS
Hanovia-Sil.





& FESTIVITATI
UPTIALI

MI ANTIQUITATE GE-
*storum splendore Viri-ju-
venis, Domini*

GINIALE-

MANNI
dæburgensis primarij
c. Sponsi,

Et *KK 130*

e pudicissimaq; Virginis

O T H E Æ,

prestantissimi doctrinâ

DN. BALTHASARI VVIL-

Civis Ulcensis filia dile-

ctissima, Sponse.

gdeb. 30. Junij Anno 1617



is ANDREÆ BEZELI.

